



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CCVII. Arnold Olbelen, bischöflich Verden'scher General - Vicar, theilt den
in der Katharinenkirche zu Salzwedel neuerrichteten Altären verschiedene
Commenden zu, um deren Ueberhäufung an anderen ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

CCVII. Arnold Olbelen, bischöflich Verden'scher General-Vicar, theilt den in der Katharinenkirche zu Salzwedel neuerrichteten Altären verschiedene Commenden zu, um deren Ueberhäufung an andern Altären abzustellen, am 3. Juni 1367.

Arnoldus Olbelen, Reuerendi in cristo patris et domini, domini Johannis Episcopi verdenfis in spiritalibus vicarius. Einſque Curie verdenfis Officialis generalis, Vniuerſis et ſingulis preſentes noſtras literas perſpecturis, viſuris ſeu legi auditoris Salutem et ſinceram in domino caritatem. Pridem enim Euidencia facti et rei notorietate comperimus, quod nouiter vnum in antiqua eccleſie parrochialis ſancte katherine nouo opido Soltwedel verdenfis dyoceſis conſecrata et tria in noua eiufdem eccleſie nondum conſecrata partibus, vnum et idem edificium reputantibus, quatuor altaria de nouo vncum memorata noua parte ipſius eccleſie ſunt conſtructa et erecta, Quodque in memorata eccleſia beate katherine vicarie et commende diuerſe perpetuis redditibus dotate ad idem altare poſite ac locate exiſtunt; Vnde inter cetera inconueniencia ſubſequentur, quod dum ibidem populi multitudo ad diuina audiendum congregatur, ſe in oracionibus ad deum intentione ſimplici humili et quieti fundendis mutuo impediunt, ymmo eciam nonnunquam inter vicarios et Commendistas pro tempore dictarum vicariarum et commendarum ad vnum altare locatarum varijs de cauſis rixe et controverſie tacite confurgunt. Nos igitur huiusmodi premiffis occurrere cupientes, Commendam ad altare ſancte katherine a pie memorie quondam domino Johann pyſt inſtauratam, cuius poſſeſſor dominus Lambertus liſten exiſtit, Ad altare nouum, vnum de dictis quatuor altaribus in honorem ſanctorum Andree, Bartholomei, Anthonij, Gregorij, Anne, Elizabeth et Agathe, Ac Commendam ad altare dominorum ſancti ſpiritus a eiufdem memorie quondam Tyden boek inſtitutam, cuius dominus Gherardus wittecop preſens poſſeſſor exiſtit, Ad altare nouum de dictis quatuor altaribus in honorem ſancti Mathei, Ghertrudis et Barbare ſanctorum, Necnon commendam ad altare beate Marie virginis a felicitis recordacionis domino Georgio houener inſtauratam et fundatam, quam dominus Borchardus ſcroder poſſidet, Ad altare in honorem beate Marie virginis Johannis baptiſte et Gheorgij ſanctorum, demum vero perpetuam vicariam, iam nouiter per nos de domini Jacobi Rambowen, poſſeſſoris eiufdem vicarie, ac proconſulum et conſulum dicti opidi noui Soltwedel ius preſentandi ad eandem vicariam perſonam ydoneam dum et quotiens vacat habentium conſenſu, perpetuo confirmatam, Et que olim commenda quondam per dominum Johannem Czeluelde fundata exiſtebat, Ad altare nouum de dictis quatuor altaribus in antiqua parte ipſius eccleſie beate katherine erectum in honorem Sancte Crucis, Sancti Jacobi maioris apoſtoli, ſanctorum decem milium martirum, ſanctorum Coſme et Damiani et Sanctarum vndecim milium virginum conſecrandorum Auctöritate Ordinaria tranſponimus Atque vicariam ac comendas predictas et earum quamlibet ad ſpecificata altaria ponimus, perpetuis temporibus apud eandem permanendas, Decernentes eadem auctoritate Ordinaria, ut memorata altaria juxta diſtinctionem predictam in honorem patronorum predictorum conſecrari poſſint et valeant. In Cuius rei Teſtimonium Sigillum noſtri Officialatus preſentibus eſt appenſum. Datum Soltwedel, in domo hans ſchorſted, opidani veteris opidi Soltwedel, Sub anno natiuitate domini milleſimo quadringentefimo ſexageſimo ſeptimo, Indictione vltima, die vero Mercurij, Tercia Menſis Junij, Pontificatus Sanctiſſimi in cristo patris et domini noſtri domini Pauli, diuina prouidentia pape ſecundi anno eiufdem Tercio.

Nach dem Originale im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 32, No. 29.